

De quibusdam virtutibus Saxonum istorum. p. 36.

Cap. 7.

**SEQVVNTVR CAPITVLA  
SECUNDÆ PARTIS.**

<b>D</b> E conversione Saxorum antiquorum ad fidem, & primis parentibus ibidem.	Cap. 1.
De Carolo Magno & Pipino ejus patre & aliis qui hanc terram armis ceperunt, & fidei sub-	Cap. 2.
diderunt.	Cap. 3.
De primo ingressu Caroli in Saxoniam.	Cap. 4.
De rebellione Saxonum.	Cap. 5.
De pertinacia & præliis Wedekini.	Cap. 6.
De ultimis bellis habitis contra Saxonem.	Cap. 7.
De pace facta & conversione Wedekini.	Cap. 8.
De solemni instructione episcopatum utriusque Saxonie.	Cap. 9.
De consummatione & confirmatione Saxonum, & adventu sancti Leonis papæ in provinciam.	Cap. 10.
De Canonizatione sancti Caroli, & periculis post ejus obitum emersis, & conversione quatuor pro-	Cap. 11.
vinciarum magnarum.	
De institutione provida quoad utrumque statum, & legibus ac juribus illic per Carolum traditis.	

**CAPITVLA TERTIÆ PARTIS  
QVÆ SVPER JVCVNDISSIMA  
SVNT.**

<b>D</b> E apostolatu Westphalorum per orbem.	Cap. 1. & jucundum,
De legatione Westphalorum per orbem. p. 124.	Cap. 2.
De modo egressionis legatorum horum.	Cap. 3.
De quibusdam exemplis, & varia fortuna legatorum istorum.	Cap. 4.
De exercitiis legatorum horum.	Cap. 5.
De multiplici patientia legatorum istorum.	Cap. 6.
De affinitate Westphalia ad cæteras provincias.	Cap. 7.
Defunctis & illustribus personis, & reliquiis terræ nostræ.	Cap. 8.
Despectabili institutione hujus provinciæ, & maxime diœcesis Monasteriensis,	Cap. 9.
De excusanda patria nostra in quibusdam.	Cap. 10.
Exhortatio ad domicellos pro antiquis juribus conservandis.	Cap. 11.
Exhortatio ad maiores de gratitudine & concordia servanda.	Cap. 12.
Exhortatio ad omnes Westphalos in generali.	Cap. 13.
De gratiis exhibendis Deo, pro illuminatione nostratum.	Cap. 14.

## XXVI.

**ADDITIONES ET EMENDATIONES AD  
VITAM B. MATHILDIS REGINÆ GERMANIÆ,  
extantem Tom. I. pagina 192.  
ex MSv.**

**V**itikind quoque, qui inter eos (Saxones) & claritate generis & opum amplitudine eminebat, quoque perfidiae eorum auctor & inventor indefessus erat, ad fidem Karoli sponte veniens, apud Tinacum baptizatus & à Rege de fonte susceptus est; sicque Saxonia tota superata & subiecta est. Hujus Witikindi filius *Wigbertus*, Christianæ religionis cultor devotus, filium procreavit, quem *Waltbernum* vocavit; qui & ipse ab ipsa infantia religiosus, cum factus esset vir, Romam causa orationis & reliquiarum acquirendarum tenuit, corpusque Sancti Alexandri, filii Sanctæ Felicitatis integrum accipiens à Pontifice tunc temporis *Leone*, in Saxoniam detulit, & in loco, qui dicitur *Wigaltingohusen* (a) locavit.

Nnnn 2

(a) hodie Wildeshausen.

locavit. Ex ejusdem Saxonice gentis stirpe vir nobilis & permagnificus est egressus, nomine *Luitolfus*, qui & ipse religionis gratia Romam profectus, Beati Innocentii Papae reliquias inde adduxerit. Hic habuit filios duos, *Brunonem & Ottonem*; quorum major *Brun*, cum totius Saxonie Ducatum administraret, exercitum contra Danos duxit, ibique occisus, Ducatum fratri Ottoni reliquit. His erat soror, nomine *Luitgard*, quam Ludewicus Rex, filius Arnolphi Imperatoris, uxorem duxit: sed non diu postea vixit. Quo sine filiis mortuo, omnis Francorum Saxoumque populus voluit Ottoni Duci diadema imponere regni. Qvod cum ille, quasi jam senio gravior, recusaret: ejus consultu Francorum Dux *Conradus* ungitur in Regem. Summa tamen temper & ubique fuit penes Ottonom. Natus est autem eidem Ottoni ex uxore, *Hadewic* dicta, nomine *Henricus*, quilibet primus potestate regnavit in Saxonie. Hic cum in primæva ætate omni virtutum genere vitam suam exornaret, pater ejus, videns prudentiam adolescentis, reliquit ei exercitum adversus *Dalmantiam*, contra quam ipse diu militavit. Dalmantii ergo, imperium ejus ferre non valentes, conduxerunt adversus eum *Avares*, quos modo vocamus *Ungarios*: qui, ut quidam putant, reliquiæ sunt *Hunorum*; qui, ut in Gothorum legitimus Historia, egressi à Gothis, multa mala inferebant gentibus finitimus: Quos postremo, Pannoniam inhabitantes, Karolus Magnus devicit, &c, ut dicitur, à conveta gentium depopulatione ingenti vallo circumclusis prohibuit. Qvod opus *Arnulphus* Imperator destruxit, eosque contra *Zwenteboldum* Maravorum Regem in auxilium sibi eduxit: Qui inde quantam stragem quantamque injuriam Francorum regno fecerint, urbes adhuc desolatae restantur. Hi etiam à Dalmantiis evocati, magnam cladem in Saxonie fecerunt, multamque prædam abduxerunt. Henricus ergo contra illos iuficiens militiam quoconque se vertebat, prudenter se agebat, & domi Militiæque bonos mores colebat. Factus autem vir, annitente patre, genere sibi consimilem fortitur uxorem, nomine *Mathildem*, puellam tam religione quam formâ latis egregiam, *Theoderici* præpotentis Comitis filiam: Quæ à præfato *Witikindo* duxit genealogiam; de qua paulo post latius differemus. Tribus post hoc annis transactis, pater patriæ Magnus Dux *Oto* defunctus, illustri & magnifico filio suo *Hentico* totius Saxonie Ducatum reliquit. Rex autem *Conradus*, cum saepe expertus fuisset virtutem novi Dicis, veritus est ei committere omnem potestatem patris. Qvo fidum est, ut offensionem incurret totius exercitus Saxonici. Quorum vultum erga se austriorem Rex cernens nec Ducem eorum publico bello se posse conterere, præ innumera multitudine exercitus; Egit, ut quoquo modo interficeretur dolo, ad hoc habens, ut fertur, maxime idoneum Moguntinæ sedis Episcopum, nomine *Hattonem*, cuius consilio & *Adelbertus* Babenbergensis deceptus est. Hic prædictum Ducem aggressus dolo, fecit ei fabricari torqvem auream & invitavit eum ad convivium, quo magis ab eo muneribus honoraretur. Interea Pontifex, considerandi operis gratia ingressus ad aurifacem, visa torque fertur ingemuisse. Gemitus causam cum artifex requisiisset, respondit: Quia optimi sibique carissimi viri scilicet *Henrici* Dicis sanguine torques illa deberet intingi. Audita aurifex silentio texit, & opere perfecto ac redditu, missionem petiit & accepit; obviansque Duci, eunti ad ea negotia, indicavit ei, quæ audiuit. Ipse autem vehementer iratus, vocat Legatum Pontificis, qui jam pridem aderat invitandi ejus gratiâ & ait: Vade, dic *Hattoni*, qvod durius collum non gerit Henricus quam *Adelbertus*, & qvod melius rati sumus domi sedere, & de ejus servitio tractare, quam comitatus nostri multitudine eum gravare. Et statim reversus, omnia, quæ juris ipsius erant in omni Saxonie vel Thuringia, occupavit. *Burchardum* quoque & *Bardonem*, quorum alter gener Regis erat, in tantum affixit, ut terrâ cederent; eorumque possessiones ipse militibus suis totas divisit. Hatto autem Episcopus, videns, suis calliditatibus finem impositum, nimirum tristitia ac morbo pariter contractus, non post multos dies interiit. Fuerunt etiam, qui dicere possent, qvod fulmine tactus, ejusque ictu dissolutus, post tertium diem defecisset. Rex autem misit fratrem suum *Eberhardum* cum exercitu ad devastandam Saxoniam. Qui appropinquans urbi, quæ dicitur *Heresburg*, superbe, ut tradunt, locutus est, qvod nulla sibi major eura esset, quam, qvod Saxones præ muris se ostendere non auderent, ut cum eis dimicare posset. Adhuc sermo in ore illius erat, & ecce, Saxones occurserunt illi miliario uno ab urbe: initioque certamine, tanta cædæ Franci multati sunt, ut à mimis declamaretur: Ubi tantus illi infernus esset, qui tantam cædæ multitudinem capere posset. Frater autem Regis à timore absentie Saxonum liberatus est, quia eos & præsentes vidit, & ab ipsis turpiter fugatus recessit. Audiens autem Rex, male pugnatum à fratre, congregata omni virtute Francorum, perrexit ad reqvirendum Henricum. Qvo comperto in præsidio urbis, quæ dicitur *Gruona*, tentavit illud oppugnare præsidium; Et milia prius legatione pro spontanea deditio spendet per hanc, se sibi amicum affuturum, nec hostem experturum. Huic legationi intervenit *Dietmarus* ab orientalium Saxonum parte, vir disciplinæ militaris peritissimus, varius, consilioque magnus, & qui calliditate ingenita multos mortales superaret. Hic superveniens, Legatis Regis præsentibus, interrogat Dicem, ubi vellet exercitum metari. At ille, jam perivasus cedere Francis, accepit fiduciam audiens de exercitu, credens, ita esse: *Dietmarus* vero ficte loquebatur, cum quinque enim tantummodo viris advenierat. Denumero autem suscitante Duce, ad XXX, fere Legiones se producere posse respondit. Ita de-

Ita delusi Legati, regressi sunt ad Regem. Vicit vero illos calliditate sua Dietmarus, quos ipse Dux ferro vincere non potuit *Henricus*. Nam ante lucanum relictis castris, Franci unusquisque rediit in sua. Conradus Rex ægrotare cœpit, sentiensque, vocationis suæ tempus adesse, Principes regni Teutonicorum, excepto Henrico convocavit, & eos ita convenit: Vocationis meæ tempus agnoscō, & ut cernitis præsto est. Me hominem exuente, nulla vos regni ambitio inflammet. Henricum Saxonum Thuringorumque Ducem prudentissimum, Regem elige Dominumque constituite. Is enim est & sapientia pollens, & justæ severitatis censura abundans. Qvibus in hæc verba consentientibus, vocat fratrem suum Eberhardum, sicutque alloquitur illum: Sentio frater, me diutius istam vitam tenere non posse. Idcirco considerationem tui habeo, & qvod ad te maxime respicit, omni Francorum regno consulito, meo fratri ui intendendo consilio. Sunt nobis copiæ exercitus congregandi atque ducendi: Sunt urbes & iama cum regalibus insigniis, & omne, qvod decus regni depositit; præter fortunam & mores. fortuna, frater, cum nobilissimis moribus Henrico cedit; rerum publicarum summa secus Saxones est. Sumtis igitur his insigniis, lanua scilicet & armillis aureis cum chlamide, & veterum gladio Regum, ac diadema, ito ad Henricum, pacemque facito cñm eo, ut eum fœderatum possishabere in perpetuum. Quid enim necesse est, ut cadat populus Francorum tecum coram eo. Ipse enim verè Rex erit & imperator populorum multorum. His dictis frater lacrimans se contentire respondit. Post hæc Rex moritur, vir fortis & potens, domi militiaqve optimus, larijate serenus, & omnium virtutum insigniis clarus, sepeliturque in civitate sua *Wilinabure* cum moerore & lacrimis omnium Francorum. Ut ergo Rex imperarat, Eberhardus Henricum adiit, sequi cum omnibus thesauris illi tradens, pacem cum eo fecit, amicitiamque ejus promeruit; quam fideliciter familiariterque usqve in finem obtinuit. Deinde congregatis Principibus & natu majoribus exercitus Francorum in loco, qvidicitur, *Fritislari*, designavit eum Regem coram omni populo Francorum atque Saxonum. Hoc ordine Henricus Rex factus. Quantam & qvalen rem publicam ex attenuata & dilacerata, efficerit, alias & in serie Regum, qui qvarerit, edoceri poterit. Jam de vita & conversatione conjugis suæ dictæ, dilectæ foeminæ aliquapro ingeniali nostri tenuitate dicenda sunt. Si omnes virtutes ejus vellemus enarrare, hora nos defitueret, & facundia Homeris & Maronis, siadesset, deficeret.

### De vita Mathildis Reginae.

**V**enerabilis ergo Mathildis Regina, illustris genere & maritali potentia, illustrior religione divina; quanto sibi uni accessit potestas sublimior, tanto siebat humilitate devotior; & qvod raro evenit, dignitatem seculi sine superbia possedit. In publico processit ornata gemmis & erico; sed interius gerebat pretiosius ornamentum, cor acceptabile Domino: tantamque subditis exhibuit humilitatem & caritatem, ut omnibus esset amori pariter & honori. NB. Verba hæc ultima qvoad maximam partem extant Tomo I. *Scriptorum, rerum Brunsvicensium illustrationi inservientium* pag. 195. lin. 28, 29, 30. Eadem pagina, lin. 31. qvæsi ipso ignorante, relinqvens regalem thalamum -- in MSto est: quasi ipso in se surrexit, & ecclesiam palatio proximam ingressa. 42. id provocante vulgari -- id dictante populari. 45. Seu aliquo bono opere detentus -- & aliquibus interprioribus detentus actibus. 49. Deus autem omnipotens sibi servientes &c. -- Unde & eorum promenerat virtus, qvicquid postea resplendebat in filiis & nepotibus. Erant enim illis filii, forma & honestas preclari; qvorum OTTO natu maximus, post patrem Rex Imperator prudentissimus erat. Henricus tamen, postea Dux Bavariorum, industria ac fortitudine ac vultu patrem similabat, plusque altis à matre dilecerat. Brun autem atate minimus, literarum studiis deditus, postmodum imperante fratre suo, post Wigfridum Venerabilem Virum, Coloniensi Ecclesia Archiepiscopus prefuit.

pag. 196. lin. 39. His ita dispositis, Rex Henricus -- Hæc ita in MSto: Subactis ergo cunctis per circuitum nationibus, cum Rempublicam, labore & justitia admodum dilatatam, gubernarent in pace: XVII, anno regni sui *Henricus*, cum jam disponeret Roman proficiisci, apud Membrum gravi corripitur infirmitate. 48. Illi gratias egisset -- pro omnibus bonis, sibi ab eo benigne impensis, gratias retulisset, 55. Ita ad Presbyterum -- & præfato Presbytero offerens; ut missam pro Rege & pro omnibus fidelibus defunctis decantaret, præcepit.

pag. 197. lin. 5. *Hac ut vidit inclita Regina.* -- Sed & ipsa nihilominus perfusa lacrymis, pedibus Regis mortui provoluta, singula, ut in talire solet fieri, ab eo sibi clementer exhibita beneficia, memorabat. Post hæc ad filios conversa, hujusmodi commonitorio alloquitur eos: Horum qvæ oculis habetis, semper mementote, filii carissimi, qvemadmodum sapiens qvidam nos hortatur, dicens: omnitempore némorato novissima tua, & in æternum non peccabis. Deum, qui Rex est & Dominus, semper timete & honorate, qui nos de terra plasmavit, & in terram redire facit; qui dominatur in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem constituet super eo. Nolite contendere pro transitoria dignitate. 17. Tunc Regina venerabilis -- Regina vero, ut Rex, dum adhuc viveret, disposuerat, congregationem Sanctimonialium, qvæ tunc erat in loco, *Winithenus* dicto, consensu filii sui Ottonis jam Regis, & Abbatissæ, Diem uot vocata, in Quic.

in Querolinburg transferri præcepit, atque ad perpetuam Domini sui Henrici ac suam memoriam inibi Domino servire instituit.

pag. 198. lin. 1. parem -- pacem. Ibid. In omnibus ejus actionibus & confabulationibus laudabilis. -- Omnibus mitis & affabilis fuit. Neminem damnavit; nulli malum pro malo reddidit. Nihil arbitrio suo agebat, sed omnia ad nutum Dei referebat. Sermo ejus modestus & tempore congruo prolatus; nec unquam reticuit, quod loquendum fuit. In omnibus ejus actibus laudabilis apparuit gravitas & admiranda dignitas. Domesticos omnes, famulos & ancillas, variis actibus, literis quoque instituit. Nam & ipsa literas novit, quas adhuc adolescentula in Monasterio Hervordensi, avia sua, Matre Theodorici, ejusdem loci Abbatis docente, didicerat. In omnibus his admodum intenta erat etiam studio orationis. 13. pernox in oratione non cessabat Deo servire -- perdoctabat semper in psalmodia & orationibus.

pag. 203. lin. 7. Clemencia vero Dei omnipotentis meritum venerabilis Regina &c. -- Deum vero ab ipsis cunabulis in omnibus & super omnia diligens, nihil ejus amori præposuit; quod ex præcedentibus & subsequentibus virtutum ejus præconiis convinci poterit. Nam, ut Beatus Gregorius ait, nunquam est amor Dei otiosus. Operatur enim magna, si est: Si vero operari renuntiatur, amor non est. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est meritis. Tanta ergo ac talis, interdum etiam claruit miraculis. II. Regina vero illorum adventu -- Christi famula nihilominus maximo adiutorio, ut Reginam decebat, apparatu impenso. 17. Projecit ab alto cacumine -- qui, dimissus ab alto, 22. Mos quippe fuerat &c. Cottidie ad missarum solemnia offerre consueverat cum aurea ampulla: quæ cum quodam die incuria obsequientium fuisset perdita: 23. obviam habuit quondam cervulum obviante sibi capreola. 33. Regalis progenies quodam tempore &c. Convenientibus aliquando filii & nepotibus in loco, Fraus nominato, advenit & venerabilis Regina, cum parvulo suo nepote Henrico Henrici Ducis Bajoariorum, jam defuncti, filio. 38. Et secum Adelheida Regina &c. -- cum Regina Adelheida, quæ post defunctam, eidem nupserat Ottoni Regi. Assistentes eidem mente Otto puer filius Ottonis & Henricus jam dictus, cœperunt inter se more puerili ludere.

Pag. 204. lin. 1. Speramus autem non excidere &c. -- Confidimus enim, nunquam hoc nomen de nostra generatione auferendum, donec de hujus pueri oriatur semine, regali sublimetur dignitate. Qvis dubitet, hanc Prophetiam in Henrico Babenbergensi, ipsis pueri postea filio, admixtam: Qui post Ducatum Bajoariæ optime administratum, Ottone III. Imperatore, reverendus ipsis Mathildis pronepote defuncto, ipse nihilominus pronepos, Imperii suscepit coronam. Præterea eadem Dei famula Monasterium in quodam loco, Palidi nominato, construxit; quo congregationem Clericorum, necessariis quibusque sufficienter attributis, adunavit. Alterum laune in castro, Nothusun, dicto, Ottone Rege filio suo ad Haliam prosector, consentiente nepote suo ejusdem nominis, quem secum retinuerat, construxit, quo turmulam Sanctimonialium, Deo & Sanctæ Mariæ perpetuo famulantum, congregavit. 30. Interea per unigabatur Ottoni Imperatori in Roma &c. -- Interea Ottone jam Imperatore ab Italia reverso, mater sua cum nepotibus Colonia, ubi tunc Archiepiscopus filius Brunus præsidebat, obviam venit. Advenit & ipsis filia Gerbiradina. 41. Introivit Episcopus Baldericus &c. -- introiit & Baldericus Leodicensis Episcopus, praediti Branonis Archiepiscopi quondam Didascalus, & conqviescendo benedixit omnibus. 46. Evidet filios filiorum tuorum -- Ecce, sic benedicetur homo, quoniam timet Dominum. Illa è contra gratias egit, quod sibi Dominus ex Sion tantum benedixerit. 48. quasi angeretur timore &c. -- quanto angeretur timore, quod jam exorsa ædificare, non posset consummare. 52. quia inchoavimus quod inchoavimus. 53. virorum omnium -- vestrum omnium.

Pag. 205. lin. 6. Tunc pro se suorumque salute &c. -- Mox manu sua confirmat, quæ Christi famula illi loco tradiderat: Insuper & alia addidit, quæ mater expostulavit. 15. que in hoc loco commendavimus fidei vestra -- quod tibi de hoc loco suggestimus. 25. Amplectentes se invicem, fleti uirorumque humectavit faciem -- post missas & orationem, post lacrimas invicem fusas ac oscula motua, dimiserunt se. 27. euntem filium &c. -- Oblatu oculorum euntem filium deducebat ad equum 28. proprie. -- prope. 35. Quid vobis prodest -- quid nobis proderit, ibid. vos intuendo -- nos invicem intuendo. 38. Tantum anima nostra hec munera remittite -- Hoc tantum beneficium animæ matris repende. 44. Jam jam appropinquavit hora multis inquietuosa &c. -- Beata igitur Mathildis jam senio fessa, (non minus enim quam septuagenaria) erat appropinquante tempore miserendi ejus, per continuum annum laborabat languore vehementi. Itaque circumitis pene universis Saxonie monasteriis, & necessariis quibusque distributis eis, postremo Northusun, sibi dilectum adiit locum, ubi jam Rhburgam nihilominus constituerat Abbatissam. 53. Singulorum -- singularum. 56. iterum Abbatissam adje vocavit &c. -- Convocatis sanctimonialibus, post plurima, quæ inter se conferebant, his Christi famula eas alloquitur sermonibus: Dominum semper diligite vide pag. 206. lin. 16.

Paginâ illâ 206. lin. 20. neminem ultra videbitis vobis placibiliorem -- nullam sollicitiorem circa salutem animarum vestrarum ultra poteritis invenire. 22. spe tendite in Deum -- spei vestra anchoram figite in Deo. 35. Cum igitur innumera confluerebant multitudo &c. -- Audiens autem Willhelmu[m] præfus Mogontinus, aviam suam infirmari, adygit, & obiturus visitavit obitum, & sive moris uel

is nescius, adiit post se in praesenti vita non diu vixit. 58. Abbatissam Richburgam interrogans -- interrogans prefatam Abbatissam R. quae secum illuc venerat, & sibi semper aderat;

Pag. 207. lin. 1. At illa, ubi sunt, inquit, pallia &c. -- nil superesse didicit, nisi pallium, quod superponendum feretro suo jussert reservari. Illud, inquit, affer, ut nostro nepoti in pignus amoris donetur. 8. Hec munera, nostri sunt monumenta -- istud charitatis donum mei apud te sit commonitorum. 11. Ut si Domina nostra obitus eveniat &c. -- ut si secus acciderit, citius renunciare possit, ut iterum adveniamus. 16. ibique medicinalem &c. -- ibi medicinalem potionem accepit, moxque regina morte obiit. Sicque propheta famulae Dei completa. Divinis officiis & eleemosynis fecit memoriam agi. 25. ut Presbyteros & Sanctimoniales convocarent -- convocatio Presbyteris & Sanctimonialibus, quae ad exsequias suas attinerent, preparari fecit. 31. Post haec praecepit, ut omnes exirent eccl. Post haec exceptis ipsius ministris, omnibus iussu ejus egressis, post salutaria monita, Mathildi nepti suae, filiae Ottonis Imperatoris, ipsius loci Abbatissae, ac saepe dictae R. Northsumensis monasterio prelatae, exhibita; Post peccatorum confessionem Presbyteris & Sanctimonialibus factam; Politia, inquam, omnia, peractis missarum solemnii, communionem corporis & sanguinis Christi accepit, ac deinde, ut psalmi coram se cantarentur, & passiones Christi legerentur, admonuit. Iphavero oculis & manibus elevatis, animo & spiritu jam in celum suspenso, jacebat. 59. propriis manus imponens cinerem capiti -- cinerem propriis manibus supponebat capiti.

Pag. 208. lin. 9. Igitur sepelierunt corpus in Basilica S. Servatii &c. -- sepulta est autem in Basilica S. Servatii; Sic ipsa proposuerat; juxta sepulchrum Regis Henrici. Igitur Beata Mathildis Regina, genere Saxonica, Regis Henrici reliqua, plena dierum, plena omni honore, plena operibus bonis & eleemosynis, cunctis divitiis distributis servis Dei & ancillis ac pauperibus, anno Domini incarnationis DCCCCLXVII. viduitatis autem suae XXXI, II. Id. Martii, sabbatho primae hebdomadæ quadragesimæ, ea scilicet hora, quæ pauperes in quadragesima semper recreare conveverunt, id est, nona, de labore ad requiem cum tructu sexagimo transiit, reddente illi Domino coronam justitiae, propter quam tanta & talia, dum adhuc viveret, non destitutus agere. Multorum festivitas Sanctorum in Ecclesia celebrantur, &c. vid. lin. 17. seqq.

## XXVII.

## EMENDATIONES ET SUPPLEMENTVM CHRONICI WEINGARTENSIS MONACHI DE GVELFIS PRINCIPIBVS.

Ex MSto.

Pag. 781. lin. 20. igitur -- - - hujus. leg. igitur rationis hujus. 43. jam majori. -- tam majori.  
pag. 782. lin. 1. leg. successores suos. 4. quia -- quod. 13. festinatis. 25. primo --  
tertio. 48. Ethiogonem -- Eithichonem. 50. Stutzina -- Schuzina.

pag. 783. lin. 1. Eiislingen -- Enslingen ibid. Andiliungen -- Andilungen. 2. Lugenetz --  
Lognitz. 6. ministerialibus -- ministerialibus. 8. Herili Sella -- Heciliscella. ibid. Raprechceswil-  
lare -- Raprecheswillare. 12. Richluit. leg. fuit Richlint. 13. Cono -- Cuno ibid. Leapaldum -- Leo-  
paldum. 17. Diebon. 22. Gaubac -- Cubach. 23. Uringen & Selinbach -- Utingen & Selmbach. 24.  
24. natura debitum. 25. humatus. 26. WELFONE leg. WELFONE SECUNDUS, 27. Glitberg --  
Gleitberg. 28. Juitham -- Imizam. 29. Moringen -- Möringen. 30. Clismam -- Elifnam. 34. Duce  
Suevia Imperatori Conrado Salico. tria illa vocabula: Suevia, Conrado Salico, desunt in MSto.

pag. 784. lin. 2. quam Atho ditissimus Marchio Estensis Italiae. leg. quam Azzo ditissimus Mar-  
chio Italia, confirmante conjecturam, editioni nostræ annotatam, Manuscripto. 3. Elisma -- Eli-  
sma. 10. convocatis Dominis leg. convocatis suis. 12. IMPERATORI RESTITUT -- IMPERATO-  
RI VERONÆ RESTITUT. 17. Wingartin -- Winigartin. 18. & qui. leg. avi ex MSto, juxta con-  
jecturam. 29. Bavaria. 43. Baldubini -- Baldwini. 49. Zwifalten -- Zvivitam.

pag. 785. lin. 1. Buchorn -- Bouchorn. 5. volens de -- volens Deo. 8. sancta loca. 8. Utamut -- ut  
autem. quemadmodum jam ex conjectura emendaveramus 19. MEHTILDAM -- MAHTIL-  
DAM. 23. quique & utriusque. 33. domino -- dominio. 38. potentes -- potenter. 40. Magmonis --  
Magmonis. ibid. sua de est in MSC. ibid. Vulfdem. 42. filias suas. ibid. Coitholdo. 43. sororem ejus quidam,  
omissa voce Berchtam. 46. Alicugam -- Aliegam. 47. Schiten -- Schirin.

Pap. 786.